



Universitätsbibliothek Paderborn

**Decretvm Vt omnes Regularium Superiores suos subditos,
& Religiosos persaepe commoneant de iniuncta omnibus
obseruantia, & executione Apostolicarum Constitutionum,
& Decretorum ad Officium ...**

Urban <VIII., Papst>

[Romae], 1645

V. alias CXIV. Reuocatio licentiarum quarumcunque legendi, & habendi
libros prohibitos. Vrbanvs Papa VIII. Ad futuram rei memoriam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10826

ræ, ut moris est, per me Brandimartem
Latinum Apostolicam Cursorem.
Octavius Spada Mag. Curs.

V. alias C X I V.

Reuocatio licentiarum quarumcunque
legendi, & habendi libros prohibitos.

Edita A. D.
1631.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium

A Postolatus officium Nobis, nullo
licet meritorum suffragio, diui-
na prouidentia commissum postulat, vt
ad ea vigilantiæ nostræ partes propen-
siùs intendamus, per quæ Religio Ca-
tholica, vbi diuina gratia illæsa viget,
conseruetur, & vbi restitutio ne indiget,
reparetur.

S. I. Quapropter, cum librorum pro-
hibitorū lectio magno sinceræ fidei cul-
toribus detimento esse noscatur, & si-
cut accepimus, nimis excessiva sit, hu-
iusmodi libros legendi licentiarum co-
pia: Nos, vt huic malo maturè occurra-
tur, & in posterum quam cautissime li-
centiæ huiusmodi concedantur, quantū
cum Domino possimus, prouidere vo-
lentes,

lentes; Motu proprio & ex certa scien-
 tia, ac matura deliberatione nostris, de-
 que Apostolicæ potestatis plenitudine,
 omnes, & singulas licentias legendi, &
 habendi libros quoscumque ob heresim,
 vel falsi dogmatis suspicionem, seu per
 constitutiones Apostolicas, etiam ratio-
 ne Astrologiæ iudicariæ, vel alias quo-
 modolibet prohibitos, quibuscumque
 personis laicis, & ecclesiasticis, tam sæ-
 cularibus, quam regularibus cuiuscum-
 que Ordinis, Societatis, & Instituti exi-
 stentibus, ac quacumque dignitate, etiā
 ecclesiastica fulgentibus, cuiuscumque
 status, gradus, conditionis, qualitatis, &
 præminentiae; etiam speciali nota, &
 mentione dignis, ac per litteras Aposto-
 licas ad tempus, seu ad vitam, & aliter
 quomodocumque, & ex quacumque
 causa, tam in forma Brevis, quam aliter
 quomodocumq; à prædecessoribus no-
 stris Romanis Pótificib; seu à quibus-
 cumque alijs à Nobis, vel ab eis facul-
 tamē a Nobis metipsis per litteras Apo-
 stolicas etiam in forma Brevis, seu Chi-
 rographum manu nostra signatum, con-
 cessas, earum tenores præsentibus pro
 expressis, & insertis habentes, hac nostra
 perpetuo valitura constitutione, revo-
 gamus, cassamus, & annullamus, ac pro

H 4 re-

reuocatis, cassis, & annullatis haberi
nulliq. suffragari.

Cōtraueniē-
tibus pœnas
imponit.

§. 2. Quinimmo libros per licentias
huiusmodi permisos legentes, aut ha-
bentes, pœnas in sacris Canonibus, Cō-
stitutionibus Apostolicis, & Indicibus
librorum prohibitorum contentas in-
currere volumus, & declaramus.

Hanc legem
Pont publica-
tā omnes li-
gare decer-
nit.

§. 3. Decernentes, ut praesentes litte-
ræ postquam valuis Basilicarum Sancti
Ioannis Lateranen., ac Principis Apo-
stolorum de Urbe, & Cancellarie Apo-
stolicae, necnon in acie Campi Floræ af-
fixæ fuerint, infra duos, citra montes, ul-
tra vero montes, infra quatuor menses
ex tunc proximos, omnes, & singulos, ad
quos spectat, arcent, & afficiant, perin-
de ac si vnicuique personaliter intimare
fuisserint; quodque dictis duobus, & respe-
ctuè quatuor mensibus durantibus, iij,
qui libros prohibitos huiusmodi habue-
rint, eos ad Episcopū, seu Inquisitorem,
qui illos quātocitius comburere debeat,
deferre; quique aliquos similes libros
prohibitos habere sciuerint, eos denun-
ciare teneantur: neque de cætero similes
licentia nisi a Congregatione sancti Of-
ficij, dum singulis hebdomadis coram
Nobis habetur, vel ab alijs per Nos e-
tiam in eadem Congregatione speciali-
ter deputandis concedantur.

Ac

§.4. Ac quod earundem praesentium
transumptis, etiam impressis, manu ali-
cuius Notarij publici subscriptis, & si-
gillo personae in dignitate ecclesiastica
constitutae munitis, eadem prorsus fides
in iudicio, & extra adhibetur, quae ipsis
praesentibus adhiberetur, si forent exhi-
bitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctum Petrum Dat. P. An. S.
sub Annulo Piscatoris, die 2. Aprilis
1631. Pontificatus nostri anno octavo.
die 2. Aprilis.

Die, & Anno supradicto publicatae fue-
runt supradictae litterae per eorum affi-
xionem ad valvas Ecclesiae Lateranen.
& Basilicae Principis Apostolorum de
Urbe, & Cancellaria Apostolica ac in
acie Campi Florae, alijsq. locis solitis,
& consuetis, ut moris est per me An-
dream Scalmanum S.D.N.Papae Curs.

XXXVII.

Diffinitio quoad Imagines nodum a Se-
de Apostolica Canonizatoru, vel Bea-
tificatorum, cum radijs, splendoribus,
& laureolis proponendas, vel tabel-
las, & luminaria ad eorum sepulchra-
apponenda, & cum attestationibus
desuper proponendis, recipienda, &

af-